Adnotatio critica.

Cap. I.

P. 9, 1. *Ὅτι μὲν]* Codicum MOV lectionem *μὲν οὖν* reiciendam esse non est quod multis demonstremus verbis; in exordio secundi vel tertii libri his particulis locus esset, non est in initio primi; cf. de nat. pot. II 1 (Script. min. III 154, 20) et III 1 (Script. min. III 204, 8).

Ibid. 9. *διαιρουμένοις]* Cod. L quoque veram scripturam, quam Vaticanus et editio Aldina exhibent, praestare videtur, sed scribendi compendium sordibus obscuratum iam dinosci non potest. Ceterum talis dativi usus apud Galenum non rarus est; cf. vol. VII 1 *πόσα μέν ἐστι καὶ τίνα τὰ σύμπαντα νοσήματα κατ' εἴδη τε καὶ γένη διαιρουμένοις ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα, δι' ἑτέρου δεδήλωται γράμματος*. ibid. 42 *τίνα μέν ἐστι καὶ πόσα τὰ σύμπαντα νοσήματα κατ' εἴδη τε καὶ γένη διαιρουμένοις ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα, ὁπόσαι τε καθ' ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαι τῆς γενέσεως, ἐν ἑτέροις ὑπομνήμασι γέγραπται*.

Ibid. 14. *ἤτοι θερμὸν]* Consensus codicum *ἤτοι* praebentium plurimis exemplis confirmari potest; simillima tantum proferam: I 575 *ἀλλ' ἤτοι θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν ὀνομασθήσεται*. ibid. 572 *πλεονεκτούσης ποιότητος ἤτοι θερμότητος ἢ ψυχρότητος ἢ ξηρότητος ἢ ὑγρότητος*. XIII 367 *ἤτοι θερμαίνειν ἢ ψύχειν ἢ ὑγραίνειν εἰπόντες*. XIII 465. X 466. 476. VI 183. 252. 253. 257. 265. 269. 278. 279. 286. 291. 292. 295. 310. 327. 330. 353. 385. 404. 405. 407. 408. 415. 418. 422. 425. 437. 442. 452. 465.

P. 10, 2. *γίγνεσθαι]* Recepi scripturam codicis M, qui in hac sibi constat, cum ceteri modo *γίγνεσθαι* modo *γίνεσθαι*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exhibeant, ita tamen, ut quo vetustior est Galeni liber manu scriptus, eo saepius occurrat forma Attica, veluti in codice optimo Laurentiano LXXIV 3 et in Urbinati 69, qui *περὶ χρείας μορίων* libros continet.

Ibid. 3. *πλείων ὑγρότητός ἐστι μοῖρα]* cf. de elem. I 475 (p. 45, 9 H.) *ἐν ᾧ πλείων μέν ἐστιν ἡ τοῦ πυρὸς μοῖρα*. I 539 *ἐλάττονα μὲν ὑγροῦ μοῖραν, πλείονα δὲ ξηροῦ*. XIII 443 *πλέονα μοῖραν ἐν τῇ μίξει τῶν ὑγρῶν*. XVIII 1, 9.

Ibid. 6. *αὕτη μὲν ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις]* cf. VI 299 *αὕτη μὲν ἡ ἀρίστη πρόνοια*. ib. 456 *αὕτη μὲν ἡ τοῦ Διοκλέους ῥῆσίς ἐστιν*. X 252 *αὕτη μὲν ἡ τοῦ Θεσσαλοῦ ῥῆσις*. XVIII 1, 282 *αὕτη μὲν ἡ τοῦ Ἰουλιανοῦ ῥῆσις*. de Placit. 278 629 M.

Cap. II.

P. 10, 22. *δύο εἰσὶν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ]* Verissimam esse codicum LM scripturam innumerabili paene exemplorum copia probari potest; cf. IX 702 *ἕξ εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις μεταβολῶν*. I 305 *τρεῖς εἰσιν αἱ πᾶσαι διδασκαλίαι τάξεως ἐχόμεναι*. I 518 *τέτταρας ἀποτελεῖσθαι τὰς πάσας συζυγίας*. 529 *εἰ τέτταρες αἱ πᾶσαι συζυγίαι*. IX 74. 304. XVIII 1, 222. Script. min. III 79. 104. de Placit. 152. 250 M.

P. 11, 6. *πέφυκεν ἀεὶ]* Inclusi haec duo vocabula, quia codd. LO alterum eorum omittunt eisque interpositis oratio quae vocatur obliqua turbatur. Simile glossema paulo infra in cod. L deprehenditur, qui post *ὑγραίνειν* add. *πέφυκεν*.

Ibid. 8. *θερμόν]* Eandem quam hoc loco lectionis varietatem habemus I 643 *διὰ ταῦτα γὰρ* (L rectius *ταύτῃ τοι) καὶ τὸ θερμαῖνον* (LM *θερμὸν*) *ἡγοῦνται πάντως ξηραίνειν*. Utroque loco meliorum codicum scripturam restituendam esse censeo.

Ibid. 14. *ἐν ἡλίῳ θερινῷ]* Retinui codicum deteriorum scripturam, cum in codd. LMV lectio genuina glossemate illato suo loco mihi mota esse videatur. Saepissime enim apud Galenum dictio *ἥλιος θερινός* occurrit, veluti XVIII 1, 201 *ὡς τοῖς ἀμετρότερον πονήσασιν ἢ διατρίψασιν ἐπὶ πλεῖον ἐν ἡλίῳ θερινῷ*. XIII 596 *ἐν ὄξει δριμυτάτῳ πολλαῖς ἡμέραις ἐν ἡλίῳ θερινῷ προελείωσα*. 610. 882. X 403. 722. VII 12. Neque vero rarius invenitur dictio *ἐν ἡλίῳ θερμῷ*, ut I 629 *εἰ γὰρ ὁ μὲν ἐν ἡλίῳ θερμῷ διέτριψεν*. XIII 404. 406. 478.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

514. 684. 693. X 711. 714. Nusquam autem inveni, quod LMV hoc loco exhibent, *ἐν ἡλίῳ θερμῷ καὶ ξηρῷ* vel *ἐν ἡλ. ξηρῷ καὶ θερμῷ*. Mihi *θερμῷ καὶ ξηρῷ* vocabula ab interprete vocis *θερινῷ* minus usitatae explicandae causa inserta esse videntur.

Ibid. 18. *ὕδασι γλυκέσιν]* *καὶ* vocabulum, quod O ante *γλυκέσιν* addidit, non est necessarium; cf. VI 53 *λουτροῖς γλυκέων ὑδάτων θερμῶν λουομένῳ*. 495 *πολλὰ τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων θερμῶν*. X 535 *λουτρὰ γλυκέων ὑδάτων εὐκράτων*.

P. 12, 1. *τῆς μήκωνος]* Codicis M auctoritatem secutus sum; nam *μήκων* apud Galenum ut apud ceteros melioris notae scriptores semper generis feminini est; cf. XII 72 *μήκων ἡ μέν τις ῥοιὰς ὀνομάζεται. . ἡ δέ τις ἥμερος. . καὶ μὴν καὶ δύο ἐπ' αὐταῖς εἰσιν ἕτεραι μήκωνες ἄγριαι, ἡ μὲν οἷον ἐγκαθημένην ἔχουσα τὴν κωδύαν, ἡ δὲ ἐπιμηκεστέραν μὲν ταύτης, ὅλη δ' αὐξανεστέρα καὶ αὐχμηροτέρα. ταύτης τῆς μήκωνος ὁ ὀπὸς ἀπορρεῖ κτλ.* 74 *παραλία μήκων,* ibid. *μήκων ἡρακλεία*. XIII 387 *ὁ τῆς μήκωνος ὀπός*. XI 404 *τὸ τῆς μήκωνος σπέρμα*. XIV 138. 248. XIII 40. de atten. vict. rat.[1]) 5 *τὸ τῆς μήκωνος σπέρμα,* paulo infra ibid. *ὁ ὀπὸς αὐτῆς*. Ei loci, quibus *ὁ μήκων* invenitur, corrupti sunt, exempli causa X 370 pro vulgata lectione *τοῦ μήκωνος* praestat cod. Paris. 634 *τῆς μήκωνος*. Idem mendum exstat XI 767. XII 146. XIII 272. XVII 2, 331.

Ibid. 17. *εἶναι τανῦν]* cf. VI 300 *ὧν οὐκ ἐγχωρεῖ μεμνῆσθαι τανῦν*. IX 550 *οὐ πρόκειταί μοι διαιρεῖσθαι τανῦν*. 660 *οὐ πρόκειταί μοι τανῦν διαιρεῖσθαι*. X 155 *παραιτοῦμαι λέγειν τὰ νῦν*.

Ibid. 22. *λέγειν τὰ εἰκότα]* Non recte codd. LO omittunt articulum; cf. p. 9, 5. VI 39 *πρὸς ἐκείνους μὲν δὴ καὶ αὖθις εἰρήσεται τὰ εἰκότα*. IX 39 *ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴρηται τὰ εἰκότα*. ibid. 87.

P. 13, 12. *λεγέτωσαν]* Recepi codicis L lectionem; ea enim imperativi forma, quae desinit in — *έτωσαν,* altera, quae desinit in — *όντων,* apud Galenum multo frequentior est; cf.

---

[1]) Is liber graece nondum editus exstat in cod. Paris. 634 supplem. graec. fol. 133ª sq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

I 588 *λεγέτωσαν*. II 338. I 642 *μὴ τοίνυν ὑπολαμβανέτωσαν*. X 349. 350 *λεγέτωσαν*. 350 *γινωσκέτωσαν*. 380 *μὴ τοίνυν μηδὲ ὀνομαζέτωσαν*. 270 *πράγμαθ' ἡμῖν παρεχέτωσαν*. XIII 168 *ἀπερευγέτωσαν*. VI 723 *προεξεταζέτωσαν*. XI 404 *νομιζέτωσαν*. de Placit. 642 *μὴ τοίνυν*. . *λεγέτωσαν*. At I 589 *μήτε τὸν κύκνον λευκὸν εἶναι λεγόντων*. X 11 *ἄγε δὴ ὕμνους ᾀδόντων καὶ γραφόντων ἐπινίκια μέλη*.

Ibid. 22. *εἰς ταὐτὸν]* Utrum cum codicibus LV scribendum sit *εἰς* an cum MO *ἐς*, dubium est; utrumque apud Galenum invenitur: I. 565 *ἐς ταὐτὸν* VI 108, 14. 222, 12. 18. X 246. 314, 7. 9. de Placit. 173. 219. *εἰς ταὐτὸν* I 523, 7. VI 120, 15. 368, 1. X 301, 17. 644, 5. 662, 8. de Placit. 151. 155. 188.

Ibid. 17. *τὸ δρᾶν τε καὶ πάσχειν]* Oribasii auctoritatem codice O nonnihil confirmatam secutus *τε* voculam retinui, quamquam codd. LMV eam omittunt; cf. X 186 *τὸ δ' ἐκείνας* (i. e. *τὰς τέτταρας ποιότητας*) *ἐπιδεῖξαι δρώσας τε καὶ πασχούσας εἰς ἀλλήλας τῆς περὶ τῶν στοιχείων ἐστὶ θεωρίας*. de Placit. 825 *ἥτις μὴ δύναται τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἅμα δρᾶν τε καὶ πάσχειν*. Script. min. III 134 *ἀλλοιουμένην ὑπὸ τῶν ἑαυτῆς μορίων εἰς ἄλληλα δρώντων τε καὶ πασχόντων*. Metaphorice 150 *ἅπαντα δρῶσί τε καὶ πάσχουσι καὶ παντοῖοι γίγνονται*. At omissum est *τε* vocabulum his locis: XI 554 *ὡς εἰς ἄδηλα* (scribendum esse videtur *ἄλληλα*) *δρᾶν καὶ πάσχειν πλησιάζοντα*. Script. min. III 155 *δύο σώματα δρᾶν καὶ πάσχειν ἐπιτήδεια*. de elem. p. 10 *H. εἰς ἄλληλα δὲ τὸ δρᾶν καὶ πάσχειν ἐχόντων*. p. 57 *δρᾶν καὶ πάσχειν αὐτοῖς εἰς ἄλληλα συμβαίνει*.

Cap. III.

P. 15, 3. *εὔκρατον]* De glossemate *εὔκρατον φύσιν*, quo excepto L codices omnes corrupti sunt, cf. Praef. p. 2.

Ibid. 5. *προὔχουσαν]* cf. XVIII 1, 270 *οὐ μικρῷ τινι προὔχουσαν εὑρήσεις τὴν περὶ τὰς τοῦ Θεσσαλοῦ κοινότητας* (sic cod. Laur. 74, 3), ibid. 370. X 448.

Ibid. 6. *ὥσπερ οὐδ' ὅλως οὖσαν]* cf. I 521 *ὥσπερ οὐχὶ κἀπὶ τῆς ὑγρᾶς καὶ θερμῆς ταῦτα συμπίπτοντα*. X 152, 5. 154, 10. 262, 11. Script. min. III 77, 15. 179, 7.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibid. 11. *ἢ εἰς]* Cum L² praepositionem *εἰς* reponendam esse existimavi collato loco simillimo XI 548 *ἀποβλέπουσι γὰρ εἰς πάντα τἆλλα μᾶλλον ἢ εἰς τοῦτο.*

Ibid. 14. *ἀντεισάγοντες]* Scribendum videtur *ἀντεισάγοντας* ad infinitivos antecedentes relatum.

P. 16, 17. *ὁμολογήσειεν]* Codicis O librarius cum non intellegeret ex verbo *ὁμολογεῖν* aptum esse participium *γιγνομένην,* temere interposuit vocabulum *ὡς;* at cf. XV 44 *καὶ μὴν εἴπερ ὄντας τις αὐτοὺς ὁμολογήσειε, ὁμολογήσει καὶ γεγονέναι.* Kühner Gramm. gr. II p. 615 (§ 482, 2).

P. 17, 11. *ὡς ἂν οὐκέτι]* Non est quod de meliorum codicum scriptura recedamus. Etsi enim plurimis locis Galenus ut alii recentioris aetatis scriptores negatione *μὴ* pro *οὐ* usus est, saepe ut hiatum vitaret, non pauca tamen restant exempla usitatae dicendi rationis; cf. de Placit. p. 141 *ὡς ἂν τῆς πηγῆς αὐτῶν οὐκέτι οὔσης.* Script. min. III 39 *ὡς ἂν οὐκ ἀσφαλῆ τε καὶ μήπω πεπηγυῖαν κεκτημένος τὴν ὑγιεινὴν κατάστασιν.* 64 *ἀλλ' ὡς ἄνευ τούτου τυχεῖν ὑγιείας οὐ δυνάμενος.* X 30 *ὡς ἂν οὔτε γεωμετρίας οὔτ' ἀριθμητικῆς οὔτε διαλεκτικῆς οὔτε ἀναλυτικῆς οὔθ' ὅλως λογικῆς τινος ἁψάμενοι θεωρίας.* At VI 523 *ὡς ἂν μηδὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ μήτε λιπαρὸν μήτε γλίσχρον.* XVIII 1, 40 *ὡς ἂν μηκέτ' ὀχούμενος.* 172 *ὡς ἂν μήτ' ἔξωθεν ἔτι θερμαινομένων μήτ' ἐνδοθεν.* de Placit. 612 *ὡς ἂν μηκέτι πνευματικῆς οὐσίας ἀφικνουμένης εἰς τὸν ὀφθαλμόν.* Script. min. III 160 *ὡς ἂν μὴ δυνάμενοι κατελθεῖν εἰς αὐτό.*

P. 17, 26. *εἰ δεηθείην]* cf. IX 399 *ὥσπερ ἐπὶ πνεύμονος ἐδεήθην διακρῖναι.*

Cap. IV.

P. 17, 28. *Τὸ δέ γε νῦν ἔχον]* Quamquam non memini me apud Galenum, apud quem formula *τό γε νῦν εἶναι* admodum frequens est (cf. Script. min. III 51. de Placit. p. 146 M. III 413. 461. IX 38. X 257. 739. XII 47), hanc locutionem legisse, tamen non dubitavi codd. LV secutus in textum recipere; nam veri similius est rariorem dictionem ipsius scriptoris quam interpolatoris esse. *Τὸ νῦν ἔχον* est apud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lucian. catapl. 13. Maxim. Tyr. 14, 6 (I 469); alia exempla collegit Stephanus Thes. III 2622.

P. 18, 23. *ὑπάρχειν αὐτό]* cf. I 525 (p. 19, 3 huius edit.) *ἅπαντ' οὖν οὕτως ἔσται τὸ ἦαρ.*

P. 20, 6. *ὅτὲ δὲ ψῦχος ποιέῃ]* Cum Galenus in commentariis quoque, quos de Hippocratis aphorismis conscripsit, hanc lectionem praebeat et ipsius Hippocratis codices discrepent, Galeni codicum hoc loco consentientium auctoritatem non neglegendam esse putavi. Cf. Theophr. c. pl. 1, 19, 3 *ἐὰν πλείω ποιῇ ὕδατα.*

P. 21, 6. *οὐ τὸ χεῖρον]* Praepositionem *κατά,* quam O post *οὐ* repetit, necessariam non esse haec exempla demonstrant: I 581 *ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν περιττωμάτων αὐτοῦ νῦν ὁ λόγος, ἀλλὰ τῶν οἰκείων μορίων ἐστίν.* VI 594 *τινὲς δὲ Ἀρμένια διὰ τεσσάρων συλλαβῶν, οὐ πέντε* (vulgo *διὰ πέντε;* at cod. Paris 634 suppl. graec. *διὰ* om.) XVII 2, 44 *ὅτι περὶ τῶν ἐν τῇ κύστει λίθων τὸν λόγον ποιεῖται νῦν, οὐ τῶν ἐν τοῖς νεφροῖς.*

Ib. 16. *τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος]* Auctoritas meliorum codicum pronomen *ἡμᾶς* addentium plurimis exemplis confirmatur; cf. I 536. IX 127. 130. 474. 905. 908. 914. 915. VI 70. de Placit. 616. 640. 642 M. Neque tamen desunt exempla prononimis omissi, velut VI 79. de Placit. 637.

P. 22, 24. *εἰς ἓν κεφάλαιον ἀγαγὼν]* cf. I 532 *τὰ κατὰ μέρος εἰς ἓν ἅπαντα κεφάλαιον ἀναγόμενα.* IV 50 *καὶ δείξω κἀνταῦθα τὴν τέχνην τῆς φύσεως εἰς τρία κεφάλαια τὸν σύμπαντα* (sic cod. U) *λόγον ἀναγαγών.* Script. min. 106 *βέλτιον ἦν τὰς τῶν κατὰ μέρος αἰτίας ἁπάσας εἰς ταύτας ἀνάγειν.*

P. 23, 9. *σαρκῶν καὶ ὀστῶν καὶ νεύρων]* Quod vulgo additur *καὶ ἄρθρων,* codd. LV recte omittunt; nam apud Hippocratem quoque, cuius sententiam Galenus interpretatur, haec desunt vocabula; cf. Hipp. Epid. III 3, 4 (III 72 L.) *τοῖσι μὲν οὖν πλείστοισιν αὐτέων ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα ξυνέπιπτον, σαρκῶν καὶ νεύρων καὶ ὀστέων ἐκπτώσιες μεγάλαι.* Traditum verborum ordinem *ὀστῶν καὶ νεύρων* immutare nolui, quia Galenus in commentariis quoque, quos de Hippocratis Epidemiis conscripsit, eundem praestat; cf. Gal. XVII 1, 670.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibid. 12. *ἔκγονον]* Meliorum librorum scriptura his defenditur exemplis: X 291 *κακοήθη τε ἅμα καὶ κακοχυμίας ἐστὶν ἔκγονα*. I 616 *ἡ δὲ λευκὴ θρὶξ ἔκγονος*. 608 *πολυσαρκία δὲ πλήθους αἵματος ἔκγονος* (sic LM, *ἔγγονος* vulg.). IX 594 *τὸ δὲ δεύτερον ἀνωμάλου ταραχῆς ἐστιν ἔκγονον*. 596 *ἅτε γὰρ ἀκμαζούσης ταραχῆς ἔκγονον ὑπάρχον*. 604 *πελιδνὸν δὲ χρῶμα μόνης ψύξεως ἔκγονον*. 652 *τριταῖος δὲ πυρετὸς ἔκγονος ὑπάρχων τῆς ξανθῆς χολῆς κινουμένης*. Apud Galenum quoque ut apud alios scriptores graecos *ἔκγονος* et *ἔγγονος* in codicibus inter se saepissime permutantur, exempli gratia: IX 265. 337. 395. 663. Ceterum cf. I 567.

Cap. V.

P. 24, 28. *ἔτι δὲ πρὸς τούτοις]* cf. XIII 565 *ἔτι δὲ πρὸς τούτοις κἀκεῖνο προσεννοήσας κτλ.* IX 343, 4. de Placit. 281 M *ἔτι δὲ πρὸς τούτοις.*

P. 25, 12. *τοῖς προσέχειν τὸν νοῦν βουλομένοις]*. Multum probabilitatis habet scriptura codd. O V *τοῖς γε;* cf. I 606 *τοῖς γε προσέχουσι τὸν νοῦν*. XVII 2, 60. IX 176 *ἀρκεῖ ταῦτα τῷ γε νοῦν ἔχοντι* XVIII 1, 90 *ἅπαντι τῷ γε προσέχειν βουληθέντι τὸν νοῦν*. At XIII 848 *δῆλον ἔσται τοῖς προσέχουσι τὸν νοῦν*.

Ibid. 22. *ἐν ἴσῳ τῷ θερμοτέραν]*. Cf. de Placit. p. 205 *τὸ γὰρ χωρεῖ τοῦτο ῥῆμα ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἀκούειν ἐν ἴσῳ τῷ ἐξέρχεται ἢ ἐκπέμπεται*. 279 *ἀσπλάγχνους μὲν καλοῦσιν ἐνίους ἐν ἴσῳ τῷ ἀκαρδίους*. 282 *τὸν μὲν ἀκάρδιον ἐν ἴσῳ τῷ δειλὸν καὶ ἄτολμον καὶ ἄνανδρον ὀνομάζων*.

Ibid. 23. *πρὸς τῶν παλαιῶν]* *ἰατρῶν* glossema esse videtur; similiter Script. min. III 203, 13 in deteriore codice O additum est *ἀνδρῶν*.

Cap. VI.

P. 27, 26. *περὶ διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν]* Codicum MOV scriptura *περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως* his exemplis confirmari videtur: IX 113 *ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως*. 450. VIII 514. 548. 549. 576. 728 IX 19 *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν*. 451 *κατὰ τὸ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

πρῶτον τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν. VIII 499. Vera autem illius operis inscriptio fuit *περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν*, ut est IX 121. 213. 272. VIII 553. 621. 766. I 538. Minus usitata erat inscriptionis forma, quam L hoc loco exhibet, *περὶ διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν*; quam cum VIII 499 quoque invenissem, de Laurentiani auctoritate abscedere nolui.

P. 28, 1. *ταχὺ καὶ βραδὺ]* Temere a Charterio solitum verborum ordinem, quem codices praestant, mutatum esse haec docent exempla: VI 464 *φαίνεται γὰρ* (cod.) *ταῦτα ταχεῖαν ἢ βραδεῖαν ἔχοντα* (cod.) *τὴν διέξοδον*. VIII 837 *οὐ γὰρ δὴ περὶ ταχέος τε καὶ βραδέος ἢ θάττονος καὶ βραδυτέρου διορίσασθαι χρή*. 845 *τοὺς μὲν ταχεῖς, τοὺς δὲ βραδεῖς (σφυγμούς)*.

Ibid. 10. *παχὺν οὔτε λεπτὸν]* Usitatum verborum ordinem servaverunt codd. LMV; vid. X 146 *καὶ μὲν δὴ* (cod.) *κἂν εἰ παχὺν ἢ λεπτὸν εἴποιμεν*. 773 *ὅταν ἤτοι θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἢ παχύτερον ἢ λεπτότερον*.

Ibid. 24. *ἓν ἑνὶ παραβάλλοντες]* cf. IX 791 *εἰ παραβάλλοντες ἓν ἑνὶ τὸ κατὰ θάτερον αὐτῶν ἄκρον εὑρίσκοιμεν ὀλεθριώτερον*.

Ibid. 25. *ὡς πρὸς ἐκεῖνο]* In comparationibus hac dicendi formula *ὡς πρὸς* nihil frequentius est; cf. I 525 *ξηρὸν μὲν ὡς πρὸς τὸν χειμῶνα*, 565 *καὶ γὰρ ὡς πρὸς τὴν ὅλην οὐσίαν ἐξετάζοντι μέσον χρὴ φαίνεσθαι τὸν τοιοῦτον, ἔτι δὲ μᾶλλον ὡς πρὸς ἀνθρώπους τε καὶ ζῷα*. IX 256 *λέγεται δὴ ταχὺς σφυγμὸς ὁ μὲν ὡς πρὸς τὸν σύμμετρον, ὁ δὲ πρὸς ὀντιναοῦν τὸν ἐπιτυχόντα*, 320 *ἑκάστῳ δὲ τοῦ ποσοῦ τὸ μέτρον ὡς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐστίν*, X 312 *ὃν γὰρ ἔχει λόγον ὡς πρὸς τὸν λίθον ὁ ἀσκός, τοῦτον ὡς πρὸς τοὔδαφος ὁ ἄνθρωπος*, 316 *εἶτ' αὖθις καὶ αὖθις ὡς πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος*, XIII 368 *δόξει σοι τοῦτο μηδὲν ὡς πρὸς ἐκείνους εἶναι*, XV 83 *ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὰ φυτὰ παραβάλλοντες*, item I 542. 545.

P. 29, 9. *ἢ ὡς πρὸς τὸ τυχὸν ὁτιοῦν]* Etsi *πρὸς ὁτιοῦν τὸ ἐπιτυχὸν*, quod O exhibet, saepe apud Galenum invenitur, ut XI 543 *πρὸς ὁτιοῦν τὸ ἐπιτυχόν*, IX 220 *πρὸς ὀντιναοῦν τὸν ἐπιτυχόντα*, item 226, tamen alterius quoque locutionis *πρὸς τὸ τυχὸν ὁτιοῦν*, quam M praestat, exempla non desunt, ut I 544, 13 *ἢ πρὸς τὸ τυχὸν ὁτιοῦν παραβάλλοντας*.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. 30, 4. *τὸ γὰρ δὴ τρίτον σημαινόμενον ἑκάστου τῶν τοιούτων ὀνομάτων]* Falsa est cod. O scriptura *ἑκάστῳ;* nam *τὸ σημαινόμενον* ut substantivum cum genitivo coniungi solet; cf. VI 534 *κατὰ θάτερον σημαινόμενον τῆς πολύχρηστον* (cod.) *φωνῆς*. 580 *τρίτον τι σημαινόμενόν ἐστι τοῦ τῆς τρυγὸς ὀνόματος*. XI 542 *διελόμενος μὲν τὰ σημαινόμενα ἑκάστου τῶν ὀνομάτων*. VI 566 *σαφηνείας δὲ μάλιστα τυχεῖν ἔστι τὰ συνηθέστατα τοῖς πολλοῖς ὀνόματα ἐκλέγοντα μετὰ τοῦ φυλάττειν αὐτῶν* (sic cod.; vulg. *αὐτοῖς*) *τὰ σημαινόμενα*. XVII 2, 413.

Ibid. 12. *κατὰ πολλοὺς τρόπους]* Recte LMV articulum, quem O addit, omittunt; cf. VI 383 *πολλῶν δ' αἰτίων κατὰ πολλοὺς τρόπους διακοπτόντων τὴν ὑγιεινὴν ἀγωγήν*. IX 304 *ἑκάτερον δὲ αὐτῶν ἔσται κατὰ πλείονας τρόπους*.

P. 32, 2. *κατ' ἀξίαν]* Sitne scribendum *κατ' ἀξίαν* (LM) an *κατὰ τὴν ἀξίαν* (O), quaeritur; utrumque apud Galenum invenitur; cf. III 676 *πλέον ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ἀδένι χαριζομένων*. 847 *καὶ νέμειν ἑκάστῳ τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ μήτε περιττὸν μήτ' ἐλλιπὲς ἐργάζεσθαί τι τοῦ προσήκοντος*. de Placit. 590 *ἐπεὶ δὲ ἕκαστον μόριον τῆς ὅλης ψυχῆς τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν ἑαυτοῦ κάλλος ἔχει, τὴν ψυχὴν ὅλην εἰκότως ἂν εἴποις δικαίαν*. Omissus est articulus exempli gratia de Placit. 591 *ὅταν δὲ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ νέμῃ, δικαιοσύνην* (sc. *καλεῖ*) et XIX 384 *ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐν συμμετρίᾳ τοῦ ὑπερβάλλοντος ἑκάστου. ἀπονεμητικὴ γάρ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πρὸς ἀξίαν, οἷον θεοῖς, γονεῦσι, συγγενέσι, φίλοις, οἰκείοις, πολίταις*. Hac de causa meliorum codicum auctoritatem non neglegendam putavi.

Ibid. 13. *πάσας ἐπέρχεσθαι τὰς διαφορὰς]* Probanda est codicum LM scriptura *ἐπέρχεσθαι;* cf. X 22 *ἅπαντα τε τἆλλα κατ' εἶδος ἐπέλθοι ζῷα*, 696 *ἐπέλθωμεν οὖν ἐφεξῆς τὰς εἰρημένας ἐξ διαφορὰς τῆς ὕλης*, IX 392 *πρώτας μὲν ἐπέλθωμεν ὅσαι τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ἐγγίνονται διαθέσεις*. X 523, 10. 555, 8. 735, 7. 897, 11. 357, 3. 75, 14 *εἰ πάντα τις ἐπέρχοιτο τὰ σφάλματα*.

P. 33, 3. *φυτὸν ἢ ζῷον]* Ne offendaris verborum ordine, quem LMV praestant, haec perlustres velim exempla: I 546 *ἤτοι φυτὸν ἢ ζῷον*, 547, 3 *καὶ γὰρ φυτὸν καὶ ζῷον ὁτιοῦν*, de elem. p. 32, 13 H. *τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ φυτὰ καὶ ζῷα ἐκ τού-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

των σύγκειται, 51, 2 *καὶ φυτῶν καὶ ζῴων δημιουργοί,* XI 552 *τὸ δ' ἐναντίον εἰς φθορὰν ἐνίοτε μεταβάλλει τά τε φυτὰ καὶ τὰ ζῷα.*

Ibid. 14. *πρῶτα πάντων ἐστὶ στοιχεῖα]* cf. de elem. p. 32 H. *χρὴ θαρρούντως ἀποφαίνεσθαι γῆν καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ καὶ ἀέρα πάντων εἶναι κοινὰ καὶ πρῶτα στοιχεῖα.*

Ibid. 23. *ἀνωτάτω τι γένος]* Secutus sum codicis V auctoritatem, quae quodammodo confirmari videtur corrupta codicis M lectione; nam apparet lectionem *ἀνωτάτω τινι γένει* inde ortam esse, quod librarius *ἀνωτάτω* pro dativo habebat, cui sequentia vocabula perperam accommodavit. Ex codice L cum nihil enotaverim, *ἀνώτατον* is praestare videtur fortasse per compendium scriptum. Ceterum cf. Script. min. I 66 *ἡ γὰρ ἀνωτάτω γραμμή,* Gal. XIII 14 *ὡς μηδενὸς ἡμᾶς ἔτι δεῖσθαι τῶν ἀνωτέρω.* de elem. p. 50, 9 H. *περὶ τῶν ἀνωτέρω στοιχείων.*

P. 34, 1. *φυκίδος]* Hoc quoque loco Laurentiani scriptura *φοκίδος* ad veritatem proxime accedit; nam facile est intellectu non agi de pirorum genere quodam, quod *φωκὶς* appellatur, sed de piscibus; itaque scribendum est *φυκίδος* et paulo infra *φυκὶς* pro *φωκὶς;* de quo pisce conferas VI 718 *ἄριστος δ' ἐν αὐτοῖς ἡδονῆς ἕνεκεν ὁ σκάρος εἶναι πεπίστευται, μετ' αὐτὸν δὲ κόττυφοί τε καὶ κίχλαι καὶ μετ' αὐτοὺς* (sic cod.) *ἰουλίδες τε καὶ φυκίδες καὶ πέρκαι.* 720 *κωβιοὶ δὲ καὶ φυκίδες καὶ ἰουλίδες καὶ πέρκαι κτλ.* Athen. VII 319 b.

Ibid. 8. *δέδεικται δι' ἑτέρου γράμματος]* Infinita paene exemplorum multitudine ex Galeni libris depromptorum probari potest praepositionem *πρὸς,* quam codd. M O V pro *δι'* exhibent, a Galeni dicendi ratione abhorrere, sed nolo in hac re longus esse; cf. p. 9, 5 *εἴρηται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ εἰκότα δι' ἑτέρου γράμματος.*

Cap. VII.

P. 34, 13. *ἐπιδέδεικται]* Variant codices aliis quoque locis plerumque in vocabulis *ἀποδεῖξαι* et *ἐπιδεῖξαι,* ut p. 13, 18. 18, 1. 21, 9; nos in re tam dubia meliorum codicum fidem diligenter secuti sumus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibid. 19. *εἰπόντες οὕτως ἐπανίωμεν]* Codicis L scripturam in textum recepi, quod et hiatum tollit et scriptoris dicendi consuetudine confirmatur; cf. X 115 *ἐάσαντες οὖν αὐτοὺς αὖθις* (sic cod.) *ἐπὶ τὸ προκείμενον ἴωμεν*. III 528 *δείξαντες ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν τοῦ πνεύμονος ἴωμεν μορίων*. XII 215 *ἐάσαντες οὖν αὐτὸν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἴωμεν*. X 306. 421. 723. IX 222.

Ibid. 24. *μὲν οὔπω εἴρηται]* Insigne hiatus exemplum; nam per totum hunc librum Galenus vocalium concursum tam diligenter vitavit, ut mireris, cur non hoc quoque loco facillima verborum traiectione scripserit *οὔπω μὲν εἴρηται*. Admisit hiatum 1. post articulum, 2. post vocabula *καί, ἤ, εἰ, πρό,* 3. post *δύο,* 4. ante *ἐστί, αὐτὸ, οὔτε,* 5. in pausa, ut p. 23, 17. 38, 10.

P. 35, 4. *σῶμα χρὴ νομίζειν] ἑτέραν* vocabulum, quod post *σῶμα* add. O, necessarium non est; cf. X 973, 5 *γίνονται δέ τινες ὄγκοι παρὰ τούσδε*.

Ibid. 21. *οἱ πρὸς τὸν ἀφορισμὸν ἀντιλέγοντες]* Lycum Macedonem, empiricae sectae medicum, perstringit, qui quia de Hippocratis auctoritate detrahere ausus erat, saepius a Galeno gravissimis verbis reprehenditur; cf. XVIII 1, 197 *Λύκος τοίνυν ἔγραψε μὲν ἐξηγητικὰ τῶν Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν ὑπομνήματα, λωβᾶται δὲ τοῖς δόγμασι τἀνδρὸς ἑκατέρωθεν οἷς τε ψέγειν καὶ οἷς ἐπαινεῖν τινα τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων οἴεται καὶ δι᾽ ὧν ἀντιλέγειν ἐπιχειρεῖ. τά τε γὰρ ἐπαινούμενα Λύκου φαντάσματά ἐστιν, οὐχ* (sic cod.) *Ἱπποκράτους δόγματα, δι᾽ ὧν τε ἀντιλέγει δῆλός ἐστι μηδὲ τὰ στοιχεῖα τῆς Ἱπποκράτους τέχνης ἐπιστάμενος*. Contra illum imperitum Hippocratis vituperatorem singularem conscripsit libellum, qui inscribitur *τὸ πρὸς Λύκον περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ ʿτὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἐμφυτον θερμόν᾽* (Script. min. II 113), unde locus modo laudatus depromptus est.

Cap. VIII.

P. 36, 10. *τὰ τῶν φυτῶν καὶ τὰ τῶν ἀψύχων ἁπάντων]* Non recte L articulum *τὰ* bis omittit; cf. I, 546 *πρὸς τὴν τοῦ φυτοῦ φύσιν ἢ τὴν τοῦ ζῴου τὴν ἀναφορὰν ποιούμεθα*. 583, 1 *οὐ μὴν περί γε τῆς τῶν παίδων ἡλικίας καὶ τῆς* (sic LM) *τῶν*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀκμαζόντων οὔθ' ὡμολόγηται τοῖς ἰατροῖς κτλ. Script. min III 110 *ἔστι γοῦν καὶ ἡ ἰδία σὰρξ τοῦ ἥπατος ἐκ τούτου τοῦ γένους καὶ ἡ τοῦ σπληνὸς καὶ ἡ τῶν νεφρῶν καὶ ἡ τοῦ πνεύμονος καὶ ἡ τῆς καρδίας.*

P. 37, 7. *τὰς δ' ἄλλας τέτταρας τὰς]* Recte post *τέτταρας* L add. articulum *τὰς;* cf. III 431 *ὁ δὲ στόμαχος τῆς γαστρὸς ἐπὶ μὲν τῶν τεττάρων τῶν πρώτων τοῦ θώρακος σπονδύλων ἐπιβέβηκε, τοῖς δ' ὀκτὼ τοῖς λοιποῖς ἐπὶ τῶν δεξιῶν παρατέταται,* VI, 556 *ἐν τοῖς δύο τοῖς πρώτοις* et quae ad P. 45, 21 collegimus exempla.

P. 38, 1. *ὡς, εἴπερ]* Solus cod. V veram servavit lectionem; cf. de elem. p. 51, 17 H. *μετὰ τὸ προειπεῖν, ὡς, εἴπερ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν.* Script. min. III 155 *οἴεται παντὸς μᾶλλον ἀληθὲς ὑπάρχειν, ὡς, εἴπερ ἐκ τῶν φλεβῶν ἀπορρέοι τι, δυοῖν θάτερον ἢ κενὸς ἔσται τόπος ἀθρόως ἢ τὸ συνεχὲς ἐπιρρυήσεται.*

Ibid. 18. *ἡ δ' ἐξ ὑπεναντίου τῇδε]* Meliorum codicum LM scripturam *τῇδε* confirmant haec exempla: IX 215 *οὗτοι μὲν οὖν ἐξ ὑπεναντίου πως διάκειται τοῖς λελουμένοις ὅσον ἐπὶ μαλακότητι καὶ ὑγρότητι τοῦ δέρματος.* VI 765 *ἀλλὰ τοῦτο* (i. e. *τὸ προβάτειον γάλα*) *μέν ἐστι παχύ, τῷ τῶν ὄνων ὑπεναντίως ἔχον ἐν τῷδε.* 701 *ὑπεναντίως τῇ τῶν γεγηρακότων.* Protrept. c. 3 *τὸν δ' Ἑρμῆν ἅτε λόγου μὲν ὄντα δεσπότην εὑρετὴν δὲ τέχνης ἁπάσης θέασαι πάλιν ὅπως ἐξ ὑπεναντίου τῇ Τύχῃ κεκοσμήκασιν οἱ παλαιοὶ γράφοντές τε καὶ πλάττοντες.* c. 11 (p. 16 K.) *ἀλλὰ πάντ' ἐξ ὑπεναντίου τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν ἐπιτηδεύουσιν.*

Cap. IX.

P. 39, 4. *τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον]* Articulum ante *ἧττον* in edit. Aldina iterum positum codices recte omittunt; cf. I 609 *εἰ μὴ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἡ ὑγιεινὴ κατάστασις ἐδέχετο.* III 682 *ἵνα γὰρ ἡ κατὰ τὸ* (sic cod.) *μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τῇ κινήσει διαφορὰ παμπόλλη τις ᾖ.* XIII 368 *ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον οὐκ ὀλίγον ἐν τῇ θερμότητι κέκτηνται.* Ut hoc loco in edit. Aldina, ita paulo infra v. 9 in cod. O articulus male repetitus est; nam cum LM legendum est *ῥᾳδίως ἐξευρήσει*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τὸ πλεονάζον ἢ λεῖπον; cf. I 550 (p. 33, 16 huius edit.) *τὴν οὖν ὑπερβάλλουσαν ἢ ἐλλείπουσαν τῆσδε θερμὴν ἢ ψυχρὰν ἢ ξηρὰν ἢ ὑγρὰν εἶναι φήσομεν.* I 562 (p. 40, 15 huius edit.) *πρὸς τὴν τῶν ἐλλειπόντων ἢ πλεοναζόντων ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν διάγνωσιν.* IX 343 *τὴν ἐλλείπουσαν ἢ καὶ πλεονάζουσαν.*

P. 39, 10. *περὶ πρώτων οὖν ῥητέον τῶν ἁπλῶς λεγομένων εὐκράτων τε καὶ δυσκράτων]* Hoc loco et paulo infra loco simili *(περὶ πρώτων οὖν διέλθωμεν τῶν ἐνεργείᾳ θερμῶν)* manifestum habemus exemplum verborum in cod. M temere mutatorum; utroque enim loco librarius scriptoris orationem emendare sibi visus est, hoc loco cum scriberet *πρῶτον οὖν ῥητέον περὶ τῶν ἁπλ. λεγ.*, infra *πρῶτον οὖν διέλθωμεν περὶ τῶν ἐνεργείᾳ θερμῶν*, utrumque nulla probabili causa; magna enim exemplorum copia demonstrari potest Galenum ita dicere solere, ut codd. LO tradiderunt; cf. I 573 *περὶ πρώτου δεῖν ἐδόκει σκοπεῖσθαι τοῦ κοινῇ κατὰ πάσης φύσεως ἐξεταζομένου,* II 368 *εἴπωμεν οὖν ἤδη περὶ πρώτου τοῦ ἔξωθεν,* VI 386 *περὶ πρώτων οὖν ὁ λόγος ἔσται μοι τῶν ὁμαλὴν τὴν δυσκρασίαν ἐχόντων,* IX 483 *περὶ πρώτης οὖν ἐρῶ τῆς ἡσυχίᾳ διακοπτομένης,* 703 *περὶ πρώτης οὖν τῆς ἐξαιφνιδίου μεταβολῆς εἰς ὑγίειαν εἴπωμεν,* X 660 *περὶ πρώτων ἔγνωμεν διαλεχθῆναι τῶν πυρετῶν,* 709 *περὶ πρώτων ἐκείνων τὸν λόγον ποιησαμένους ὅσοι φρικώδεις γίγνονται λουόμενοι,* 875 *περὶ πρώτης ἐροῦμεν τῆς φλεγμονῆς,* XI 17 *εἰρήσεται δ' ἡμῖν περὶ προτέρων τῶν ἄνευ συμπτωμάτων πυρετῶν,* XII 195 *περὶ πρώτων οὖν ἐρῶ λίθων ὅσοι παρατριβόμενοι θυίαις ἢ ἀκόναις εἰς χυλὸν ἀναλύονται,* XIII 349 *περὶ τῶν τριῶν διαλέγεται φαρμάκων, πρώτου μὲν τοῦ διὰ τῆς βοτάνης . . . τοῦ δευτέρου δὲ τοῦ διὰ σπέρματος ἀνωδύνου, τρίτου δὲ τοῦ καθαρτικοῦ καλουμένου ὑπ' αὐτοῦ ἱερᾶς. περὶ πρώτης οὖν τῆς τῶν ἰσχιαδικῶν θεραπείας ἔγραψεν.* Script. min. III 108 *περὶ πρώτης οὖν τῆς γενέσεως εἴπωμεν.*

Ibid. 20. *ἐπὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα]* cf. Script. min. III 121 *τὰ σώματα τῶν τε φυτῶν καὶ τῶν ζῴων συνίστησι* et quae ad I 549 p. 56 attulimus exempla.

Ibid. 22. *ἅπαντι γένει]* cf. XIII 443 *ἐν ἅπαντι γάρ τοι γένει ζῴου τὰ νέα τῶν τελείων ὑγρότερόν τε καὶ ἧττον θερμὸν ἔχει τὸ στέαρ.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibid. 27. *καταντῶντες]* Temere in edit. Basileensi pro hoc vocabulo positum est *κατελθόντες;* cf. XIII 54 *ὅταν εἰς ἡμίσειαν καταντήσῃ.*

P. 40, 5. *τοῦ νεκροῦντος διὰ ψῦξιν].* E margine editionis Basileensis in Charterianam et Kuehnianam irrepsit lectio *ναρκοῦντος;* sed nihil est quod codicum scripturam *νεκροῦντος* repudiemus, quae his exemplis confirmatur: XV 56 *διὰ τοῦτο κἂν τοῖς ἰσχυροῖς χειμῶσι καταψυχομένη (ἡ συκῆ) οὐ νεκροῦται,* IX 499 *ψύξεως ἐσχάτης καὶ διὰ τοῦτο καὶ νεκρώσεώς ἐστι σημεῖον,* ibid. 500 *πρὸς νεκρώδη ψῦξιν,* ibid. 593 *ψῦξίν τινα καὶ νέκρωσιν οὐκ ἀγεννῆ τῶν ἐντὸς ὑποδείκνυσιν,* ibid. 603 *ἢ νέκρωσιν ἐκ καταψύξεως ἰσχυρᾶς.*

Ibid. 14. *διαγνόντα]* Cf. X 687 *διὸ κάλλιστόν ἐστιν εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ διαγνόντα τοῦ πυρετοῦ τὴν ἰδέαν ἀκινδυνότερον χρήσασθαι ψυχρῷ πλείονι,* ibid. 662 *ἆρά γε τὸν πυρετόν ἐστι μόνον ἰατέον ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας.* Eadem lectionis varietas est paulo infra, ubi L M praestant *ἁπτομένῳ,* O *ἁπτομένοις.* Utrumque saepius apud Galenum invenitur: I 643 *καὶ ἁπτομένῳ* (sic L) *ψυχρά.* X 652, 9. I 582 *καὶ γὰρ ἁπτομένοις οἱ γέροντες ψυχροὶ φαίνονται,* 631 *καὶ ἁπτομένοις οὐ λίαν θερμοί,* XV 84 *θερμοὶ δ' ἁπτομένοις οἱ ἄνθρωποι τηνικαῦτα φαίνονται.* Unde apparet Galenum vocalium concursum ut vitaret pluralem participii praetulisse.

P. 41, 4 *παράθεσις μὴν]* Scriptura *μέντοι,* quam solus L exhibet, e glossemate orta esse videtur; cf. I 599, 10 *σκληρὸν μὴν οὐδ' οὕτω γίγνεται.* IX 8, 9 *μᾶλλον μήν ἐστιν οἰκεῖον τάχος μὲν ῥώμῃ τε δυνάμεως κτλ.*

Ibid. 9. *τοὖργον]* Crasin quam vocant Galeno placuisse multis exemplis probari potest; scripsit enim *τοὖργον* I 564, 7. IX 298, 16. 299, 12. 274, 18. 307, 9. VI 331, 3. 500, 7 de Placit. 272 *τοὔνομα* I 554, 9. Script. min. III 98, 7 *τοὔλαιον* XIII, 783. XVII 2, 413. *τοὔγκλημα* de Placit. 279. *τοὐπίσω* IX, 303. X 429. *τοὐκτός* II 277. 297 IX 140. *τοὔσχατον* IX 110 *τοὐναντίον* VI 30. 35. 40 *τοὐπίπαν* de Placit. 161.

Ibid. 10. *οὐδὲν γὰρ χαλεπὸν]* Meliorum codicum scriptura *οὐδὲν* verissima est; cf. I 591 *χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι συλλογίζεσθαι.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IX 125, 4. 403, 14. 404, 6. 636, 13. 647, 1. 674, 6. VI 485, 4. Script. min. III 83, 21.

P. 42, 25. *δέδεικται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν]* Saepissime in codicibus a librariis vocabula *δέδεικται* et *λέλεκται* inter se permutata sunt; hoc quoque loco altera codicum familia (L M V) *δέδεικται*, altera (O) *λέλεκται* exhibet; utrumque ferri potest. Sed malui meliorum codicum auctoritatem sequi coll. IV 741, 1 *δέδεικται δὲ περὶ τούτων* (sic codd.) *ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων γράμματι* (codd.), ibid. 741, 8 *δέδεικται δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως ἐν τῇ περὶ χρείας μορίων πραγματείᾳ.*

Ibid. 26. *αὕτη]* cf. de elem. p. 66, 14 H. *ἡ μὲν οὖν ῥῆσις αὕτη*. de Placit. 278 M. *ἡ μὲν ῥῆσις αὕτη.*

P. 43, 4. *γράφουσι καὶ πλάττουσι]* cf. Protrept. 2 *γράφοντες καὶ πλάττοντες*. At c. 3 *γρ. τε καὶ πλ.*

P. 43, 17. *ἔκγονον]* Codicum L M scriptura his defenditur locis: I, 532 *ὃ μὴ σηπεδόνος ἔκγονον ὑπάρχει.* VI 72 *ἡ ἀσθένεια τῆς οὐ λυούσης αὐτὸ θερμότητος ἀγυμνασίας ἔκγονος ὑπάρχει*. 238 *ὅσοι δὲ πλήθους ἔκγονον ὑπάρχειν οἴονται τὸν κόπον τοῦτον*. X 948 *ἥδε διάθεσις αἱματώδους ἔκγονος ῥεύματος.*

Ibid. 20. *καὶ ταῦθ' ὑπάρχει [ἅπαντα] τῷ δέρματι]* Cum *ὑπάρχειν,* quod M O V exhibent, non habeat quo referatur, non dubitari potest, quin codicis L lectio *ὑπάρχει* genuina sit; qua quoniam recepta hiatus quem vocant efficitur, primam Laurentiani manum secutus vocabulum *ἅπαντα,* quod necessarium non est, tollendum esse censui.

Ibid. 21. *καὶ τούτου μάλιστα]* Eadem sententia iam paulo ante p. 563, 16 his verbis expressa est: *τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων δέρμα, μέσον ἀκριβῶς ἁπάντων τῶν ἐσχάτων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ, καὶ τούτου μάλιστα τὸ κατὰ τὴν χεῖρα*. Unde apparet codicis L scripturam hoc quoque loco *τούτου* exhibentis verissimam esse.

P. 44, 5. *ἁπάντων τῶν μορίων]* Iniuria O articulum omittit; cf. I, 567 *ἁπάντων τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων*. I 570, 1. X 41, 2 *ἁπάντων τῶν τοῦ σώματος μορίων*. 181, 15 *ἅπαντες οἱ διορισμοί*. VI 147 *οὐ χεῖρον ὑπὲρ ἁπάντων διελθεῖν τοῦ ζῴου μορίων*. 148, 1 *κινεῖν ἅπαντα τοῦ ζῴου τὰ μόρια*. de Placit. 159 *ἀρχὴν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα τοῦ ζῴου νεύρων.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ibid. 11. *ἄναιμον τὸ πάμπαν]* cf. II 266 *διὸ καὶ τὴν καμπὴν οὐκ ἀπαρέγκλιτον οὐδ' ἀρρεπῆ ποιοῦνται τὸ πάμπαν.* VI 148, 17. 223, 5. 308, 6. X 491, 3. 917, 4.

Ibid. 16. *περὶ πάντων ἐφεξῆς]* Frequentissima est permutatio vocabulorum *ἐφεξῆς* et *ἑξῆς;* exempli gratia cf. Script. min. III 105, 10, ubi LM exhibent *ἐφεξῆς*, O *ἑξῆς*. Hoc loco codicum LV fidem secutus sum coll. XIII 415 *γέγονε τοίνυν πάντα ἐφεξῆς καταλέγοντι τὸ φάρμακον ἐκ τῶνδε συγκείμενον.*

Ibid. 18. *θρὶξ δὲ ψυχρότατον καὶ ξηρότατον]* Ne offendas in neutro genere adiectivorum, vid. Script. min. III 103 *πάσαις δὲ ταῖς κινήσεσι κοινὸν ἐξάλλαξις τοῦ προϋπάρχοντος,* XVIII 1, 118 *κενωτικώτατόν τι καὶ ξηραντικώτατόν ἐστιν ἡ ἀγρυπνία,* ibid. 124 *σπασμὸς ἐπιγενόμενος ὀλέθριόν ἐστιν.* I 537 *ξηρότερον μὲν κύων, ὑγρότερον δ' ἄνθρωπος.* de elem. p. 39, 6 H. *κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐπικράτησιν ὑγρὸν μὲν ἡ σάρξ, ὁ χόνδρος δὲ ψυχρόν.*

Ibid. 20 *καὶ ὃν χονδροσύνδεσμον ὀνομάζουσιν]* Manifestum glossema a Charterio textui inculcatum neque ullius codicis auctoritate confirmatum.

P. 45, 5 *φύσει]* cf. IX 720 *ὁ δὲ νοσῶν ἤτοι φύσει φλεγματωδέστερος ἢ παρακμάζων,* 721 *εἰ μὲν καὶ νέος εἴη καὶ φύσει χολώδης καὶ ἐν χωρίῳ φύσει θερμῷ.*

Ibid. 11. *καὶ τοίνυν καὶ]* cf. X 738 *καὶ τοίνυν καὶ ἡ δύναμις . . . ἤτοι μόνη προστίθεται κτλ.* de elem. p. 34, 4 H. *καὶ τοίνυν καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ πῦρ οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἐναργῶς γιγνώσκει ταῖς αἰσθήσεσιν ἁπάσαις.*

Ibid. 12. *καὶ μὲν δὴ καὶ]* cf. X 704, 1. 723, 1. 748, 8. 980, 14. 983, 11 (cod. Paris.).

Ibid. 21. *τοῖς ἄλλοις ὁμοίως τοῖς πεπηγόσιν]* Articulum ante *πεπηγόσιν* om. L, non recte; cf. I 556, 7 *τὰς δ' ἄλλας τέτταρας τὰς ἐξ ἡμίσεος τούτων γιγνομένας.* III 508 *καὶ χρὴ τούτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν λεγομένων* (sic cod. U) *αὐτοπτικὴν πεῖραν γενέσθαι.* III 520 *κοινῇ δὲ κατά τε τούτων τῶν συνδέσμων καὶ τῶν ἄλλων τῶν κυκλοτερῶν.*

Ibid. 27. *ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ]* En habes luculentissimum exemplum interpolatorum temeritatis in libris nanu scriptis grassatae; quae enim in codicibus LV traditur scriptura unice vera, eam in deterioribus codicibus MO glossemate ab inter-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prete addito suo loco motam esse videmus; scriptores enim graeci sequioris aetatis *μεταξὺ* vocabulum ita usurpant, ut idem valeat quod apud Latinos postea vel apud nos hernach; a Galeno autem hanc dicendi rationem alienam esse testantur haec exempla: X 63 *ὡς ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ δειχθήσεται.* 383 *ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ λεχθήσεται σὺν τοῖς ὑπολοίποις ἅπασιν.* XIII 436 *ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ ῥηθήσεται.* IX 270 *ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα λόγοις.* 581 *ἐν ἅπαντι τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ.* X 719 *ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παντί.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf